



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

Parisiis, 1644

Inhaltsverzeichnis

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

pecunia ablegauit, vt monachis Palæstina & Ægypti subsidia vita mini- straret. Hac occasione S. Hieronymus ex Sisinnio cognoscens qualis quantusque esset vir eximius Exuperius, ob eius egregiam sanctitatem eidem libros in Zachariam prophetam, quos elucubrabat, dedicandos existimauit. Hæc ex Hieron. præfat. in 3. Amos, & 1. Za- char. Baron. ann. 405. num. 62. & 406. num. 35.

Hæc Innocentii epistola ad Exuperium, sicut præcedens ad Vi- Hæc episto-
la qua occa-
sione scri-
pta.
etrum Rothomagensem episcopum, responsoria est ad eorum li- teras, quibus aduersus nouam hæresim Vigilantii in Gallia emer- gentem pugnaturi, primum apostolicam sedem consulendam esse putarunt; ea nimis ex causa, quod scirent absque aliqua dubitatione in vniuersa ecclesia catholica obseruandum esse quod ab apo- stolica sede seruatum & custoditum esse nosceretur, quodque ad ca- stra hæreticorum & schismaticorum transirent, qui se ab eiusdem communione sciungerent, & Decreta illius obseruare nollent. Vnde licet uterque sanctissimus & doctissimus Galliarum episcopus, o- ptime nosset ea quæ Romanum Pontificem rogabant, tamen quod certo scirent ipsam apostolicam sedem esse turrim Dauid, in qua sunt mille clypei & omnis armatura fortium, ab ipso præcipuo catho- lice ecclesiæ vertice sibi arma comparanda duxerunt, quorum vel uno iœtu reptantem ventre bestiam conficerent. Omnes enim nefas esse intelligebant, apostolicæ sedis Decretis obniti, adeoque recen- tia Romani Pontificis decreta, fidem & ecclesiasticam disciplinam a maioribus & veteribus traditionibus acceptam, in Gallia sartam teatamque conseruabant. Baron. ann. 406. num. 47.

E P I S T O L A IV.

I N N O C E N T I I P A P Æ I.

A D F E L I C E M N U C E R I A N V M E P I S C O P V M .

- | | |
|---|---|
| I. <i>Si quis volens, partem sui corpo-</i> | <i>debeant promoueri.</i> |
| <i>ris amputauerit, clericus esse non</i> | <i>IV. Qui de laicis possunt clerici fie-</i> |
| <i>poteat: nolens autem, potest.</i> | <i>ri. Hic aperte concubina prohi-</i> |
| II. <i>Quod bigami ad clerum admitti</i> | <i>betur.</i> |
| <i>non possint.</i> | <i>V. De temporibus in clero immo-</i> |
| III. <i>Qui de laicis ad clerum non</i> | <i>randi.</i> |

Innocentius Felici episcopo Nuceriano.

MIRARI non possumus, dilectionem tuam sequi in- stituta maiorum, omniaque, quæ possunt aliquam recipere dubitationem, ad nos, quasi ad caput atque ad apicem episcopatus referre, vt consulta videlicet sedes apostolica, ex ipsis rebus dubiis, certum aliquid facien- dum pronuntiet. Quod & nos libenter accipimus, &